

//31

Q. D. B. V.  
TRACTATIO JURIDICA,  
DE  
JURE  
BESTIALI,  
Vom Rechte  
Der  
Wilden Thiere,  
QUAM  
IN ACAD. WITTEBERGENSI,  
D. V. JUL. MDCLXIII. HABUIT,  
MICHAEL FRID. LEDERERUS,  
JUR. UTR. LICENTIAT.  
EDITIO NOVISSIMA.


Diss. jur. civ.

64,22

HALAE MAGDEB. TYPIS HENDELIANIS. 1723.

Diss. jur. civ. Vol. 26.

(4)





## I. N. J.

### §. I.



Ive depravatis, lapsu Protoplastorum, hominum judiciis, sive auctæ indies eorum malitiæ imputandum, alterum alteri calumniosum existere perpetuo detrectatorem. Eo certe processit fastigii, humani perversitas ingenii, ut nec exquisitissima ullius lucubratio omnibus evadat grata; lividissimis potius aplerisque dilaceretur dentibus. Inse.

Etatur ea imbecillitas, aut pravitas magis, inferiorum non tantum & parilis fortis ingeniorum fœtus; Sed nec parcit desperatis superiorum, & qui instar. Numinis omnibus venerandi, operibus. Humanum quidem, veritatis colore deceptos quandoque ipsam ejus sectari opinionem ac umbram; sed alios simulatae cujusdam gloriolæ captatione commissi convincere erroris laborantes temere proprium profitentur aperte errorem. Sed & id hebetudinis humanæ, ut, qui semel errorem imbibere, ita in eo obbrutescant quasi, ut citius clavam e manu Herculis, quam animis eorum præjudicatas extorquere possis sententias. Sed cohibenda immane quantum ea errorum dire-

A 2

ctrix,

Etrix, nec imaginaria quadam alios erroris arguendi licentia laxamenta ipsi concedenda. Laborandum inde cuivis summopere, alios errorum fortassis implicatos laqueis pro virili ut exsolveret, ab aliis idem promeriturus fiduciæ redhostimentum. Sed vero invasit seculi vitio nonnullorum animos speciosa quædam ambitio, qua suam extollere contendentes impotentiam, aliorum perstringere conantur labores. Nec privatos tantum huic expositos periculo, sed in ipsos etiam Jurisprudentiæ nostræ fontes venenosæ scrupulositatis dimanare rivulos constat abunde. Vel solam sacratissimi Justiniani sententiam, de Jure naturali quam promulgari demandavit, mentis acie si intuear, ea plerorumque animos occupavit persuasio, vel errasse eum, vell libere nimis lbcutum, bruta juris naturalis capacia asserentem. Unanimi fere consensu Justinianæam juris naturalis definitionem liberori huc usque involunt interpretationis licentia Doctores. Et quotquot fere introspiciam, allatam defensitantes deprehendo opinionem. Supersedeo interim impræsentiarum, diversas & externa superficie valde apparentes Interpretum explicationes prolixiori recensere serie. Eam semper fovere placuit sententiam, defendendum summopere nostrum Imperatorem, nec inconsiderata erroris aut minus accurata locutionis argumentum temeritate. Non desunt eo se tuentes prætextu, legum cavenda scrutinia, definitiones vero & divisiones accuratiiori Accuratiorum subjacere examini. Largior quidem haud invitus definitiones Imperatorias secundum subtiliores Sophorum regulas anxie dimetiendas non esse; Diffiteri interim nequeo, non de superstitione definitionis Justinianeæ subtilitate, sed subjecti juris naturalis capacitate potissimum hic agitari controversiam. Hinc plerique eam sibi imponi passi opinionem, somniasse in describendo jure naturali Tribonianum, & seipsum decipiendo aliis agnoscendi ejus lapsum materiam suppeditasse sufficientem. Alii variis distinctionum & interpretationum terriculis hinc inde conquisitis obscurioremp reddunt rem claram satis.

§. II.

## §. II

Saniori nonnullorum edictus judicio, sive Justiniani sive Tribonianii patrocinium suscipere malui semper. Formandum prius judicium, & via confusioni praecidenda. Neque enim vocabulum juris objective de brutis in praesenti acceptandum, quatenus bruta objecti operationis juridicæ sustinent vicem, ut jus aliquid, modis in jure definitis, in ea acquirere possumus. Eo etenim respectu omnibus attribuendum rebus, nec ad res restringendum animatas tantum, sed inanimatas insuper, commercio tamen humano non exemptas. Nec attendenda hic passiva juris naturalis significatio, quatenus citra injuriam debitum brutis & conveniens eorum naturæ afferri nequit: Sola directiva & normalis heic agnoscenda significatio, considerato jure naturali, ut norma & regula actuum, a brutis qui proficiuntur. Arreptò sic in allato sensu jure naturali, realē jam attingam tractationem, ulteriori inquisiturus opera in subjecti eiusdem capacitatem, & brutorum ad juris naturalis possessionem habilitatem. Haufisse videntur hanc doctrinam juris compilatores ex Ulpiani Institutionibus innuente inscriptione l. i. n. de J. & J. Utrique defensitandi, nec alicujus erroris aut figurata locutionis accusandi temere. Mentre illorum aliud haud flagitasse repetita sequentium verborum arguit mentio: *Nam ius istud non humani generis proprium est: sed omnium animalium, quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari nascuntur &c. & paulo post: Videmus etenim cetera quoque animalia istius. juris peritia censi.* Nec agitanda hic particula censi, aut extorquenda formata quedam & intropria locutio, quasi aestimentur tantum juris naturalis peritia, *Sutholt diss. ad. Instit. i. aphor. 80. Dn. Hahn. ad Wesseneck. de J. & J. n. 14.* Fateor, sapere illam particulam ut plurimum similitudinem, veritatem tamen non raro eandem importare assero in praesenti non immerito. Inductus non modo amphibologia illius vocabuli, explicata prolixè a Rebuffo, Brechao, Fornerio & Geddeo ad l. iii. n. 2. de V. S. Sed æquipollenti insuper voce viderii. Quam improprietas signum esse, vel infiniti juris nostri:

nostris monstrant textus, veritatis tamen notam eam non raro esse, haud imparis numeri suadent leges. *Æquipollere ideo vocem illam censeri verbo esse non inepte dixerim.* Confirmantur allata juris dispositione, verba tamdiu proprie intelligenda, donec ex proferentis animo diversum eliciatur, præsumente *l. 69. pr. π. de leg. 3.* Et quamvis admitterem invitus quasi dictam antea explicationem, aliud tamen vix evicturi ejus suffragatores, quam vel controversiam ea dñe olim existisse, vel in admirationem aliquem facile trahi posse, dum bruta æque ac homines juri naturali obedire illudque exequi nosse credendi sibi impoeni patiatur necessitatem.

## §. III.

Enimvero dictam ante opinionem intentioni Imperatoris, & proposito laudatissimo eam minus convenientem judicarim. Cum in institutionibus prima quasi juris elementa cupidæ legum juventuti instillare voluerit. Quo circa haud præsumendum, Justinianum impropriis & figuratis locutionibus Tyronum animos distrahere voluisse. Digna hic allegatione sunt verba *Gregorii Lopez singul. animadvers. c. 2. n. 9.* Erubescant igitur, qui non proprie locutos fuisse Jurisconsultos somniant in principiis & re tam feria. Nec attentanda fortassis repositio, non facti, sed juris habendam rationem, non inficiendum, quid fecerit Imperator, sed quid ipsi facere incubuerit. Neque enim Imperatori, sed ejus obtrectatoribus figurata locutionis colore cum oppugnantibus me oppono. Afferens, Justinianum jus naturale materialiter pro appetitu & instinctu naturæ, aut analogice ac per quandam auxesin pro quadam similitudine & simulachro juris naturalis acceptum haud descripsisse. *Quod si quando, inquit Grotius de J. B. & P. lib. 1. c. 1. n. 11. in fin. brutis animalibus justitia tribuitur, id fit improprie, ex quadam in ipsis umbra rationis & vestigio.* Sed etsi & hoc concederint plerique, Imperatorem tanto minus errore exemtum emendatione & correctione dignum judicant. Sed ut exosam & erroneam opinionem cuivis summopere fugiendam suadent severe, & persuadent

dent non raro. Accuratiorem inde sive Justiniani odio, sive subtilitatis prætextu confingere allaborantes descriptionem, & ex ea profuentem sententiam. Verum explicanda jam, quæ animo jam diu sedet, opinio, nec nova, nec affectata, sed vera, & subtilissimorum Virorum corroborata autoritatibus. Bruta videlicet & que, ac creaturas rationales, juris naturalis capacia esse, abstera omni improprietatis nebula. Juris itaque Tyronibus notum, totam legis essentiam & plenam ejus autoritatem ex placito Legislatoris & voluntate desumendam ac dimitendam esse. Nec quicquam ad aëtus justi essentiam ulterius requiri, quam ut sit conformis menti Legislatoris, & juri ab eo præscripto. Remotis tamen (ut ad civilem & humanam potestatem meum interim restringam sermonem) placitis, quæ a Tyrannis Reipubl. fundamenta convellere intendentibus suam duxere originem, aut quæ omni honestate & pietate exuta videntur. Deum autem juris naturalis Autorem, disceptatorem, & latorem esse, a nemine saniore, quantum puto, in dubium hactenus vocatum. Demonstrat immutabilitatem ejus Justinianus in §. pen. Inst. de J. N. G. & C. illo arguento, quod divina constitutum sit providentia. Approbant id brocardicon ipsi Gentiles, præeunte Cicerone lib. 3. de Republ. & Xenophonte lib. 4. memorab. de ῥόνῳ & jura naturalia vocante. Egregie inquit Alphonsus a Castro de lege penalib. 2. c. 14. citatus a Seldano de J. N. & G. juxta disc. Ebræor. lib. 1. c. 8. *Jus naturale est illud quod ex ipsius naturæ institutione provenit, & hoc est omnibus commune.* Et hoc etiam est jus divinum, quia Deus ipse qui naturam condidit, est juris naturalis autor & institutor. Si igitur jus illud ad conditorem referas, divinum dicatur, si vero ad tempus sui ortus illud comparare velis, naturale dicetur, quia simul cum ipsa oritur natura, & non postea per aliquam seu humanam seu divinam legem. Unde per naturam in præsenti definitione Deum seu naturam naturantem intelligit Ferdinand Vassinus illustr. controv. lib. 1. c. 29. §. 14. Quamvis naturam naturam seu vim illam naturalem omnibus innatam hic etiam denotari non improbabile esset. Summatim, Deum juris natura-

lis.

lis Legislatorem negantem citatum adeat Selenum humanis-  
sime rogo, summa deducentem industria jus naturale ex im-  
perio Numinis divini pendere, p. 104. a Numinis imperio obli-  
gationis ex jure naturali proficiscentis ortum petendum, p. 106.  
rationem ut talem ac simplicem non jubere, nec ad officium  
obligare, nisi superioris eo, qui jubetur, simul accedat autori-  
tas. Quod legis datæ proprium est, p. 93. Et de obligatione ju-  
ris naturalis neminem dubitare posse, nisi quisimul Rectoris u-  
niversi potestatem & imperium nequaquam agnoverit, p. 105.  
Frustraneo itaque ausu Moralistarum implorare auxilium &  
consortium opinor, ex legislatoria Numinis sanctissimi pote-  
state derivandum jus naturale, ejusque obligationem infitiantem temere.  
His autem evictis nulla eorum, quibus jus natura-  
le præscriptum, ratio habenda, sola obedientia, & actuum legi  
a Deo creaturis tam rationalibus, quam irrationalibus insitæ  
conformitate totam absolventibus paginam. Sufficit omnino,  
bruta secundum notiarum illarum, quas Deus eorum cordi-  
bus insculpsit, & principiorum, quæ ad sui conservationem ad  
debitum finem necessaria ipsis impressit, dictamen actus suos  
instituere. Illas igitur notias dum observant bestiæ, juxta illa-  
rum indicationem cum imperio conjunctam agentes, utique  
faciunt quod justum. Hoc autem præsupponit jus quoddam, cu-  
jus intuitu tanquam normæ & regulæ id justum dici possit.  
Quod sane nil aliud, quam Jus Imperatoris nostri naturale, a  
Deo bestiis insculptum.

## §. IV.

Confirmatur insuper hæc ipsa brutorum ad juris natu-  
ralis possessionem capacitas ex formalí illius ratione, quam  
in objecto partim, partim causa efficiente queritandam cen-  
suerim. Illud rerum cum appetitu a notitiis insculptis informa-  
to convenientiam vel disconvenientiam dixerim. Quando ex  
juxta brutorum conditionem natura bonæ vel malæ sunt, h. e.  
ita comparatæ ut non possint non ipsis præcipi a Deo vel vetari.  
Quo etiam Grotius l. i. c. i. n. 12. inclinare videtur, in eo tamen  
culpan.

culpandus, quod ad naturam tantum rationalem illam convenientiam vel disconvenientiam restringat. Cum tamen eam & que in brutis, quam intellectus participibus creaturis, modi tamen diversitate non postposita, locum habere putem. Appetunt certe bruta præhabito qualicunque judicio, quod appetitui eorum bene ordinato conveniens; detestantur, quod inconveniens. Et qui beneficia ipsis exhibuere, singulari amplexantur amore, & ab omni pro viribus defendunt injuria. A quibus offensa ex diverso, gravissimo prosequuntur odio, qualitercunque damno injuriam illatam repensare allaborantia. Hæc certe non solorum sensuum opera judicanda temere. Edunt quidem bruta actiones suas vi & auxilio potentiarum vegetabilium & sensibilium. Sed nec secus cum creaturis rationalibus res comparata. Quis autem homines ex solorum sensuum præscripto & dictamine agere affirmare auderet? Malum igitur vel bonum speciei cuivis quid esse, ex notitiis insculptis judicant bruta, si bonum, accipiendum, si malum, fugiendum. Male igitur ex subordinatis faciunt opposita. Non tollunt se invicem, sed compatibilia sunt, per potentias animæ sensitivæ, & secundum dictata juris naturalis tanquam normam & regulam agere. Hæc dirigit actus, illæ causam quandoque dant actioni, & exercitium ejus largiuntur.

## §. V.

Causam efficientem Deum supra asserui. Hic enim sicut solus naturæ autor, ita & juris naturalis lator perhibetur. Necesse enim, ut jus naturale aliquem habeat conditorem. Alias neque juris nomen mereretur, cum nullam obligandi vim habere possit, nisi superioris voluntas præcesserit. Absque ea enim si foret, non esset præceptum, vel prohibitum, & sic vi & efficacia juris destitueretur, secundum superius dicta. Neque tamen ad cognoscendam illam Dei voluntatem peculiari opus fuit revelatione, aut huic innixa humana traditione, prout juris humani natura & ratio exigit, quod ante promulgationem, qua id in notitiam subditorum pervenire possit, non habet vim obligativam.

B

vam.

vam. Sed jus naturale secluso omni signo ductu re<sup>et</sup> rationis, aut notitiarum implantatarum statim cognitum & perspectum est. Evidetum sic, formalem juris naturalis rationem in bestiis adesse. Concludere inde tutum satis, ubi formalis ratio juris naturalis, ibi & ipsum jus naturale. Cum illa ipsa quidditas rei primo & ultimo concipiatur, & adæquate ab aliis distinguatur. Imo urget hanc brutorum capacitatem saniorum naturæ scrutatorum sententia. Quia bruta cognoscere ea, quæ ad finem sunt & faciunt, sed quæ ad finem sint, non cognoscere; hominem vero finem præcognoscere sub ratione finis, & media per electionem in finem ordinata, asserunt. Nec minus fundamentum sententiaz nostræ præbet cerebri compositio, qua ad ratiocinandum in homine anima utitur, quæ etiam in brutis. Digna notatu sunt verba Mæsterii de justitia LL, Rom. lib. i. dub. 7. Hinc videmus, inquit, bruta a singularibus aliquo modo ad universalia concludere: ex aspectu unius hominis noscere omnes: adhuc conjungere & dividere: distinguere bonum a malo in usum vitæ sue, libertatis ac parvulorum suorum: abstrahere res a suis corporibus. Hæc & alia plura illius sententiaz suffragatorem me effecere, qua jus naturale toti animalium generi ex quo commune esse, & sic uni speciei non alter ac alteri tribui posse, concludere volui, ut debui. Supervacaneus igitur illorum labor, qui in configendis distinctionibus defudarunt haec tenus improprietas & similitudinis prætextu totum hoc decidentes negotium.

## § VI.

Sed cum remotive magis quam positive in præsentiarum procedendum, refellenda assidue argumenta, quibus contrarie ut subscriperint sententiaz, commotos percipio nullulos. Impugnant autem plerique omni nisi defensam haec tenus brutorum capacitatem rationis patrocinio innixi. Non dari jus propriæ tale, prætendentes, nisi inter eos, qui certa ratione inter se conjuncti. Informati non modo Philosophorum Principiis doctrina s. Eth. 10. sed eo præprimis indueti ratiocinio, impediti rationis defectu effectum cujuscunque juris in obligatio-

ne

ne consistentem. Hæc enim alternative vel ad pñnam, vel ad o-  
bädientiam tendens præsupponit electionem, tanquam necel-  
sarium antecedens. Hanc autem si exspectare velimus in sub-  
jecto quodam, rationis ut id stipatum sit munimine necesse est.  
Tritum autem, bruta nec rationis, & proinde nec electionis ac  
multo minus obligationis capacia esse. Commotum hoc argu-  
mento Nobilissimum quendam JCtum memini, ut ad diversa-  
rum inter Philosophos sectarum distinctionem confugeret. Ul-  
pianum scilicet Stoicis adhæsse, ex quorum sententia id affir-  
mandum, quod ex Peripatheticorum alias negandum foret do-  
ctrina. Sed rectissime irridet sicutum hoc ratiocinium Rævardus  
lib. 1. varior. c. 1. ita inquiens: *Quo quid potest absurdius dici? Si*  
*enim vim vi repulero, nonne iure facio? si id bellua fecerit, an quæso*  
*quod in brutis nulla sit ratio, ideo minus iure factum causabere?* Etsi  
enim omnem obligationem brutis denegare non ausim, ut con-  
tra Seldenum infralatius deducam; Interim si præconceptum  
id argumentum, prout verba ejus jacent, penitus inspiciam,  
nullius momenti, imo absurdorum molem illud importare de-  
prehendo. Confundit quippe diversa & distinguenda probe  
subiecta, regulans & regulatum, dirigens & dirigendum. De illo  
si intelligere placeret dissentientium argumentationi culam, mi-  
rum quid impietatis, non dicam blasphemix ex ea redundaret  
opinione. *Quis enim est director, quis implantator, aut Legis-  
lator juris naturalis, nisi solus prudentissimus Deus?* De hoc ve-  
ro si eam acceptare vellent, desiderari rationem in eo, quis af-  
firmaret nisi impius? Notum certe velex philosophicis principi-  
is, nō esse præcedere nō operari & distingui. Jus ideo naturale in  
sua perfecte constitutum essentia, si secundum placitum in men-  
te Dei ut legislatoris retentum sit formatum. Nec attendenda præ-  
concepta quadam opinione operatio in subiecto, cui præscri-  
ptum id jus, ex post facto succedanea. Neque enim afferendum  
temere, jus naturale demum tale esse incipere, si a subiecto pa-  
rente illius intelligatur accurate natura. Defensitanda potius  
sententia, qua cujusvis juris essentia ex solo Legislatoris placito

constituta perhibetur, sive ab illis, quibus latum, intelligatur jus esse, sive non. Vel solam legum humanarum perpendenti sine fuco naturam, eam ex solo majestatis civilis arbitrio juri divino & naturæ non repugnante pendere constabit abunde. Nec subditorum hic habenda ratio, an intelligant iuris præscripti naturam, originem, & rationes, quibus commota potestas civilis ad id ferendum. Imo non puto ullum unquam inficiatum, jus civile & ante promulgationem debitam habere perfectionem, & suam adeptum essentiam. (Cave interim, ne de obligatione, ut operatione sequenti meam interpres mentem) In jure autem naturali implantationem promulgationis obtainere vicem, superius dicta demonstrant. Idcirco non inepte dixerim, jus naturale, quatenus adhuc in mente Dei tanquam legislatoris consistebat, esse jus, antequam in hoc vel illo subiecto operetur.

## §. VII.

Quis autem asseverare conetur, illud jus, dum deinceps a DEO brutis implantatum, ullam assumere improprietatem. Ni forsitan illa se convictum profiteri velit absurditate, operationis diversitatem, respectu variorum subiectorum, in quibus instituitur eadem, ipsam diversificare essentiam. Neque illud dissentientium brocardicon, *ubi non est ratio, ibi nec jus*, simpliciter consideratum, sequentia interim ficta subsumptionis efficacia, vel ex eo concesserim fundamento, quod sic mens Legislatoris civilis in multis circumveniri posset facile. Quid enim, si aliquis ignoret hoc vel illud jure speciali prohibitum esse aut præceptum, anne illa lex lata respectu illitis defitura talis? Emergeret dubio procul illud absurdum ex simplici & absoluto dicti canonis intellectu. Cum in ignorantia, ut ignorantia, respectu illius juris lati quod ignorat, nulla adesse queat ratio, omni destituta effectu. Quis autem ea se occupari passurus ignorantia, ut assereret, respectu ignorantis jus definere esse jus? Primis quippe labris, qui degustavit jurisprudentiam, ignorantiam juris, excepto amittendæ rei damno, nullam præbere excusationem,

nem, vel proprio profitebitur motu. Ubi autem est effectus iuris, ibi & ipsum jus adesse vel adfuisse ipse naturae ordo suadere videtur. Non secus fere absit, totalem ut hic instituam comparationem res comparata cum nostro iure bestiali. Etsi enim bruta tali destituta affirmarim cognitione, qua ipsa jus tale ipsis latum, secundum quod actus suos instituere debeant, scire possint. Inde tamen jus naturale respectu illorum non desiturum jds, aut aliam recepturum naturam. Nec attendendum non nullorum refugium, quo ignorantiam a nescientia distinguunt subtiliter. Concedentes praedicta, de subiecto ignorantis questioni fuerit mota, secus, si de inhabili penitus & in capaci intellectus. Verum tam privationi, quam negationi parilem hoc casu non immitterit assignarim effectum. Nutro quippe modo aliqua induci potest juris improprietas. Hujus enim natura ex solius Legislatoris placito dimetienda, & actus subiectorum, quibus prescriptum, secundum id mensurandi. Imo paulo penitus hoc negotium ponder curus rationis vix desiderabit adjutorium. Nam cum omnis lex, inquit Lobez animadvers. jur. civ cap. 2. n. 70 & seq. ex D. Thomae sententia in prima secundae quest. 97. art. 3. proficiscatur ex ratione & voluntate Legislatoris, non requirit rationem subiectorum. Quid si in eis ratio esset necessaria, quoad jus maxime ut judicarent de jure. Sed hoc eis non licet, sicuti nobis in jure humano, quod equitatem tantum & rationem presumtam praese fert, positum hominibus, qui judicare possent, non licet, ex c. in istis & distinct. Ec. Et paulo post: Si ergo de humanis legibus iam institutis non est judicandum, quanto magis de jure naturae a Deo ipso promananter non erit necessarium judicium. Cum & ratio humana non habeat autoritatem circa eam legem, juxta illud Pauli ad Rom. cap. 9. quis agnoverit sensum Domini? aut quis consiliarius ejus fuit? Quid ergo erit opus in animantibus, ne edregantur, rationem exquirere? Quid enim, si nesciant nonnulli rationes, quare jus illud latum sit, aut illud non intelligant, definitne respectu ad illos habito id jus proprius sic dictum jus? Etsi vero ad negationis iterum configere audeat quis asylum. Ominus modum intellectus negationem efficere, quo minus bruta

juris capacia esse queant, prætendens; scipsum tamen illo con-  
fugio decipere videtur, refutatus ex antea dictis abunde.

## §. V I I I.

Sed reponere quis posset facile, ad actionis justæ essen-  
tiæ requiri principia humanarum actionum, Spontaneum,  
electionem, consultationem, liberum arbitrium. Hæc au-  
tem de brutis prædicare esset lapidi visum tribuere. Sed con-  
fundit actus justi quidditatem & habilitatem. Ad hanc præ-  
dictam requiri utraque concesserim manu, sed ad illam ea esse ne-  
cessaria nunquam crediderim. Probatum enim superius, actus  
brutorum justos omnino, & secundum præscriptum juris a Deo  
ipsis implantati editos dici debere. Non datur autem actus ju-  
stus, nisi norma quædam ac regula ad sit, juxta quam istalis dici  
queat, quæ non alia quam jus a Deo implantatum. Etsi igitur  
in bestialis actus justitia non presupponantur dicta actionum  
moralium principia, justus tamen est & manet, quod Legisla-  
tori ita placuerit. Differre itaque eo ipso actus creaturarum ra-  
tionalium & bestiarum quivis deprehensurus haud difficulter.  
Ad vero vix mereretur allatum jam ratiocinium, ulterius in eo  
refutando ut commorarer, nisi illud adhuc addere placuisset.  
Confundere dissentientes modum cum re ipsa, exercitium ju-  
ris cum jure ipso. Jus naturale in se consideratum est propriæ  
sic dictum, jus quamvis qualitatem utentium & exercitium va-  
riare videamus. Dirigit jus naturale actus brutorum per mo-  
dum inclinationis naturalis, dum Deus occultas quasdam pro-  
prietates & instinctus iis largitus, citra judicium & volunta-  
tem, ad conservationem specierum tanquam societatis; Ratio-  
nalium vero mediante rectæ rationis dictamine, reliquiis san-  
ctitatis divinæ. Quis autem modum utendi variare rem ipsam,  
aut aliquam producere improprietatem assereret unquam?  
*Unum igitur idemque jus naturale & ratione carentes & rationis  
compones regit, sed modo regendi diverso, inquit Nobiliss. Dn. Joha-  
n. Strauch. exercit. 1. th. 4.* Ita juris civilis evolenti paginas, alias  
leges nobilibus, alias plebejis, alias militibus, alias paganis im-  
posi-

positas esse constabit. Neque tamen quisquam ex eo unitatem juris civilis impugnaturus, aut diversitatem ejus ac impropteritatem respectu aliquorum inducturus est temere. Non secus certe jus naturale ad gubernationem & regimen animantium comparatum in se unum, pro differentia tamen subjectorum, & actuum diversitate diversas producens operationes. Solam tamen, quis dicere possit, dicta hactenus probare perfectionem actuum bestialium, non autem justitiam. Ne alias & arborum & lapidum aut aliorum corporum naturalium, anima vegetativa praeditorum, actus & motus naturales, secundum mentem Deiformatos juris naturalis esse asserere haberet necesse. Urget praeципue hanc rationem Seldenus de J. N. & G. juxta disc. Ebr. lib. i. cap. 4. & Dn. Hahn ad Wesenb. de. J. & J. num. 14. Verum ponderaturus illarum actionum naturam, mirificam ab actibus brutorum deprehendet disperenantiam. Consistit illarum actionum conformitas in sola perfectione; quam quaelibet species sibi debitam a Creatore accepere. At reputatur & eadem in creaturis rationalibus, cum & que nutritantur, crescant, ac propagentur, ac alia corpora vegetabili. Quid autem haec perficitio cum notitiis cordibus brutorum insculptis? Nunquam tribuerim jus naturale brutis quoad illam perfectionem, quam ex potentibus vegetabilibus habent, adeoque nec ea quicquam de jure participare poterit. Imo ipse Seldenus d. l. p. m. 52. & 53. actus brutorum ex appetitu, seu naturae propensione emanare, & actibus hominum persimiles non raro, & ejusdem generis esse asserit. Illum tamen sine dubio appetitum aut propensionem arboribus aut aliis corporibus naturalibus vix concessurus est Seldenus. In scriptarum enim a Deo notitarum vigore bruta actus edunt justos, quod appetui illis informato licitum est ab illicito, & bonum a malo discernentia.

## §. IX.

Refutatum itaque ex jam dictis abunde opinor Amelius

sum de conscient. & ejus jur. lib. 5. c. 1. n 13 p. m. 268. ita inquietem:  
*In brutis animalibus juris ratio propria non magis habet locum, quam  
in plantis aut in rebus inanimatis.* Quia neque ratio distinguens inter  
bonum & malum, neque voluntas aut elec<sup>tio</sup> unius præ alio, neque de-  
nique justitia ulla brutis magis quam rebus inanimatis inest. Rigo-  
rem tamen hujus suæ sententiaz mitigavit paulisper n. 15. Quia  
tamen quedam sunt inclinationes, operationes, quæ communes sunt  
hominibus cum brutis, & non cum plantis, aut rebus aliis inanimatis,  
cujus generis sunt custodia & defensio vita ac libertatis, conjunctio  
maris & fœminæ &c. Quorum etiam apprehensionem quandam ha-  
bent animalia per instinctum naturæ, sicut homo per Judicium ratio-  
nis; id circa speciali quadam proportione jus naturale tribuitur bru-  
tis magis quam plantis & rebus inanimatis. Et Seldenus d. tract.  
lib. 1. c. 5. differit, notissimas brutorum propensiones & actus  
naturæ plerumque constantes per homonymiam & propter  
similitudinem quandam jura interdum nominari ac leges,  
nec tamen revera esse magis atque arborum ac fruticum  
aliorumque corporum naturalium actiones ac motus na-  
turales.

## §. X.

Perducti interim eo absurditatis nonnulli, ut illorum  
actuum, quorum mentionem ex parte facit Justinianus alleg. lo-  
co, exercitium merito naturali instinctui & inclinationi attribue-  
re ausi fuerint. Enimvero, et si concederim, maris & fœminaz  
conjunctionem, & alios eam subsequentes actus jus naturale  
non dici; Interim diffiteri nequeo, eos ex iuris naturalis impe-  
rio vel suasione provenire. Imperio, si bestias respexerim, *Suasio-*  
*ne*, si creaturas rationales. Neque enim eam respectu ad has ha-  
bito obligative seu positive iuris naturalis dixerim, sed tantum  
permissive seu suasorie. Etsi enim homines in eam inclinare vi-  
deamus, cuius vis tamen reservatum arbitrio, an contrahere  
id velint, nec ne sine iuris naturalis læsione. Nisi fortassis luxu-  
riantibus nimis cupiditatibus attendentes exceperim, quibus  
impe-

imperari videtur à Jure naturali individua vitæ consuetudo, prolis intendens procreationem. Aut ad rerum respexerim primordia, quibus præceptum fructificandi seu propagationis multiplicationisque *Genes. cap. 1. 28. cap. 9. 1.* necessitatem matrimonii hominibus imposuisse videtur. Illoque ita teneri masculos omnes ut, quicunque expleto vigesimo ætatis anno uxorem non duxerit, eum in illud committere, nisi aut assiduo legis studio incumbat, acriori libidinis stimulo immunis, aut partium, quibus Viri sumus defectu, generationi impar sit, egregie docet *Seldenus de J. N. & G. juxta disc. Ebr. lib. 5. cap. 3 p. m. 54s.* Utroque tamen modo, sive imperative, sive suasorie procedat Jus naturale, illi actus ex eo descendunt. Quippe quod brutis præcipit ad conservationem singularum specierum dictam maris & fæminæ conjunctionem, & reliquos succedaneos actus. Sic enim apprehendunt, inquit *Lopez animadvers. Jur. civ. c. 2 n. 14. & 15. p. m. 11.* suæ speciei propagationem esse necessariam, ut aliter apprehendere nunquam valeant, et si homines hoc naturæ igniculos (quod optime ait Cicero) aliquando malis moribus opinionibusque depravatis, sic restringant, ut id, quod natura dictavit, aliter apprehendant. Nec aliud admissura mens & intentio sacratissimi Imperatoris sua ita formantis verba: *Hinc (nempe ex jure naturali) descendit maris atque fæminæ conjunctio &c.*

## §. XI.

Nec defunt alii actus, qui juri nostro bestiali firmissima subministrant argumenta & fundamenta. Quis enim nescit fidelem Elephantum Rectorum suorum defensionem, tela quoque ex horum corporibus extrahentium? Quis ignorat singularem formicarum in instituenda œconomia solertiam? Quem latet miranda apum in politia formanda prudentia? Frequens & quotidianum qui scire discipit aequum exercitium, infallibilem juris naturalis in brutis importantium communionem, *Seldenum adeat lib. 1. cap. 5.* Etsi autem eos actus mero instinctui naturali assignandos autument cum Seleno nonnulli. Eā tamen,

C

qua

qua adducunt hunc prætextum, imbecillitate seipsoſ decipiunt. Vix enim ſolus naturæ iſtinctus eos in brutis operaturus eſt effectus, qui & iſpis hominibus, ſi non ſtuporem, ſingularem certe admirationem injiciunt. Ex lege itaque naturali, quæ ſingulis animantibus à Deo ad conservationem ſingularum ſpecierum diſformiter iſculpta, horum actuum origo petenda. Præcipit ea illorum exercitium, ſi ſuam conservare velint ſpeciem & ſocietatem. Imo, ſi illos & ſimiles actus ex ſolo naturæ iſtinctu promanare dixerim, vix bruta aliter agere, nec aliiquid ad dicere valerent. Cum tamen de Elephantis, pſittacis, picis, meſulis, canibus venaticis & aquaticis contrarium quotidiana hiſtrionum præprioris doceat experientia. At vero opponit ſe & hiſce Seldenus fruſtraneo auſu: ſed demum, inquiens, cur cedo a Camelis, Turturibus, ciconiis, Elephantis aliisque aliquot animalibus vita humana norma aliquis ſeu juris naturalis exempla potius quam a tota brutorum velut Republ. ſeu numeroſiſtimis reliquorum gregibus, de quibus nil tale fando auditur, ſunt petenda? Sed recte dicit, nil tale fando auditur. Etsi enim fortassis tales actus in omnibus animantibus non percipiamus aut intelligamus, à noſtra tamen ignorantia ex imbecillitate ſubortu ad illorum negationem argumentari velle abſonum eſſet. Satisfactum igitur abunde, opinor, communi illi & inextirpabili fere conceptui, rationis defectum juris importare negationem.

## §. XIII

Sed nec defuſunt, ex natura contrariorum, idem postulantum ſubjectum, ſuam confirmare intendentis opinionem. Ut quod ſubjectum iñjuriæ non capax, id nec ad juri iñherentiam habile. Bruta autem iñjuriam non committere ex iſpi jure civili, & quidem l. i. §. 3. π. ſi quadrup. paup. fec. dic. probare fatagunt. Verum, ſi iñjuriam ex proæſi, ſeu ex malevolo animo, perversaque voluntate alteri nocendi profecta intelligent, mentem Jcti explicant probe. Sin vero omnem iñjuriam  
brutis

brutis iis textibus detrectare velint, à veritatis tramite eos aberrare non immerito dixerim. Etsi enim bruta sensu i.e. sensu reætæ rationis (alioquin bruta sensu i. e. anima sensitiva carere quis afferere auderet?) careant, quin tamen æquipollens quid in iis reperiatur, negari vix poterit. Unde enim actio de pauperie nasceretur, nisi aliqualem à brutis committi posse injuriam assererem? Cur cessaret illa actio, si brutum ex peculiari, & toti speciei communi damnum dederit feritate & malitia? Cur Dominus vel ad novæ dditionem, vel damni illati æstimationem obligaretur, nisi bestia injuriam intulisset instituenti eam actionem? Ideo enim obligari Dominum opinor, quod cum bruto nulla possit esse actio. Cum autem damnum naturaliter & revera sit illatum quod aliquo rependi in eo, qui id passus, æquitati conveniens, ideo illud aut restitutione damni aut dditione animalis compensandum. In noxalibus parili ratione id observari actionibus ex aliis juris nostri edocemur articulis. Dantur videlicet & illæ ob delicta servorum in Dominos, vel ad litis æstimationem, vel ad ipsius corporis dditionem. Neque tamen inferendum ex dictis, quod si injuria moraliter sic dicta non cadat in bruta, nec jus proprie dictum vi contrariorum in brutis reperiri. Hanc si admitterem argumentationem, recurrerem sine dubio ad diversum, quo jus naturale in creaturis rationalibus & brutis regendis utitur, medium. Quod tamen, ut supra probatum, juris naturæ in brutis essentiaz nihil addere, nec aliquid detrahere potest. Talis enim injuria rationem presupponit, ut modum, quo mediante jus naturale regit creature rationales.

### §. XIII.

Sed nondum omnia dissentientium fundamenta penitus dissoluta. Reperiuntur fortassis, & ex eo nostram sententiam infringere contendentes ratiocinio, quod si jus aliquod brutis cum homine daretur commune, vix occidi aut offendiri poterunt bruta, salvo illo jure. Cum tamen Deus T.O.M. tan-

C 2

quam

quam supremus omnium creaturarum autor & Dominus in prima creatione ineffabili sua beneficentia imperium homini in omnia terræ donaverit animantia. At vero falsa hac sequelæ constructione seipso fallere videntur sic sentientes. Ducunt enim argumentum suum a separatis, quæ disjungenda, nec ab uno ad alterum inferendum. Neque enim illud dominium ex jure naturali manare dixerim, sed præter illud ex speciali Dei optimi erga genus humanum benevolentia & affectu. Quo homines creaturarum nobilissimos ea dotare voluit prærogativa, ut in velocissima pariter ac robustissima dominatum obtineant animalia. Quid autem hoc cum jure naturali? Multa sane vel secundum, vel præter jus naturale sunt inducta, quæ contra jus naturale non currunt. Possunt ipsi homines bruta occidere, jure & vi illius dominii, quod à Deo ipsis concessum benevolè. Id quod aperte confirmat *Grotius de J. B. & P.* lib. 2. c. 21. n. 11. *in fin.* Illud autem dominii exercitium juris naturalis cum brutis communionem non infringit, cum id nunquam ipsi contrarietur, sed optimam cum eo sapiat conspirationem. Non secus ac olim de jure civili Romano Dominis in servos jus vitæ & necis competebat, & tamen utrique de jure participabant naturali. Id tamen inficiari nolim, homines peccare, si contra naturam cuiusque animalis eo abutantur, ut si sine causa id occidant, ultravires onerent, mutilent temere, aut ab educatione fatus prohibeant. Usus enim homini à Creatore, non abusus concessus est.

## §. XIV.

Summi tandem subfelli Moralistæ Seldeni submissiori modestia, hic removendæ rationes, quibus per integræ duo capita præsentem nostram ad Orcum quasi detrudere allaborat sententiam, nostri ut eo felicius propositi metam adipsi queamus. Primam ac potissimum ex libertatis natura & notione desumit, duplœ eam faciens, vel absolutam & simpliœ, vel restrictam & temperatam. Illius descriptionem desumit:

mit ex priori definitionis Justinianeæ in §. 2. *Inst. de J. P. & l. 5.*  
 π. de stat. hom. parte, quod sit naturalis facultas ejus, quod cuique facere lubet. Et hac quidem notione libertatem in brutis pariter ac in hominibus concipi posse concedit, nullo accedente jure, quod horum voluntatem & propensionem cohibeat. Restrictæ autem libertatis notionem, supposita posteriori definitionis Justinianeæ parte, *nisi si quid vi aut jure prohibeatur*, brutis haud tribui posse afferit. Quæ tamen, si juris capacia ea asseverare velimus, in iis omnino concipienda esset. Verum huic argumentationi, si eum, quem Seldenus affinxit, assignare auderem valorem, hæsitarem merito, annon & creaturis nonnullis rationalibus juris naturalis sic detretatur communio. Servis enim, quin eo casu, et si ex alio fortassis fundamento, etiam denegandum jus naturale esset, nullus dubitarim, cum & illis ea libertatis descriptio vix applicari poterit. Quippe non vi & jure, sed conditione & qualitate status sui quidquam facere prohibentur servi. *Bachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 2. th. 2. lit. A. Nobiliss. Dn. Ludvvel. com. ad inst. §. 1. de J. P.* Nullius igitur momenti non immerito judicanda videtur illa propositionis efficacia, ubi non talis libertas, quam Seldenus exigit, ibi nec jus. Neque, illam ipsam et si concesserim, in eo defensitare ausim Selenum, quod ad hunc locum vim, quatenus injuria in ea continetur, non spectare asseveret. Quid enim vocabulum vis, absolute si positum reperiatur, aliud denotat, quam impetum quendam & actum, qui vel provideri aut evitari nequeat, vel injuriam importet, aut inferendæ proxime indicium præbeat. Evincunt eum significatum vel infiniti juris nostri textus; paucos in l. 3. π. de J. & j. l. 45. §. 4. π ad l. Aquil. l. 13. π quod met caus adduxisse impræsentiarum sufficiat. Et id eo communī Interpretum consensu ea verba: *nisi si quid vi aut jure prohibeatur*, ad effectum libertatis & executionem sunt restricta, libertatem nihilominus salvam servari, et si quis fortassis vi injuste illata detentus a Latronibus, aut

C. 3.

jure,

jure, ne licentius quis contra normam rationis evagetur, exercitium illius & usus impediatur. Quin itaque libertas brutorum, i. e. potestas vivendi pro impetu a Jure naturali suum accipiat temperamentum, nullus dubito. Hominum interim libertatem ob creberrimum ejus, quo licentiosius dotum, quibus cæteris præstant animantibus, egrediuntur limites, abusum, pluribus constrictam esse frenis nunquam inficias eo. Unde non solum naturali, sed etiam Gentium & Civili illa facultas vivendi pro lubitu temperata egregie. Hæc autem temperationis pluralitas nihil dubio procul positura est obstaculi, quo minus restrictam libertatem, si aliquid roboris argumento Seldeni attribuendum, brutis competere afferuerim.

## §. XV.

Atyero non omisit celeberrimus Seldenus suam & in hoc arduo negotio perspicuam reddere subtilitatem, prægnantioribus coepitam dum defendit sententiam rationibus. Admittens quidem actus brutorum & hominum invicem persimiles non raro & ejusdem generis esse, quatenus illi ex voluntate, appetitu, seu naturæ propensione emanant, sive utilitatis, sive delectationis aut jucunditatis causa a singulis sive siant, sive omittantur. Non autem quatenus ad actuum sub boni ac honesti non prætermittendi nomine ex officii debitione præstationem & servationem, aut aliorum sub ratione mali ac turpis omissionem ex parili debitione obligentur, pœna meriti nomine contra facientibus adjecta, vel actuum permissivorum, ob defectum pœnæ præstitutæ, ratione habita. Ubiunque autem desunt hæc, de quibus jam dictum, indicia, ibi nec juris ullius proprie sic dicti locus excogitari quidem poterit. Pœna enim proprie sic dicta non potest obtinere, nisi obligatione ad actus alicuius præstationem præcedente, & juris alicuius violatione præeunte, quæ juxta mentem Seldoni in brutis deficiunt.

Verum

Verum defensio nostræ sententiæ, subtilissimi illius Viri quo minus adstipuler doctrinæ, mei suscipiet patrocinium. Neque enim obligationem, neque pænam illius sequelam bestiis denegare ausim. Parili enim fere modo, quo homines ad ea, quæ dictamen rectæ rationis inculcat, obligantur, bruta ad illorum actuum, qui a notitiis ipsorum cordibus insculptis præcipiuntur, præstationem, aut vetantur, evitatem adstringuntur. Nec aliam fere mentem sedisse Nobiliss. Dn. Hahn. ad Wesenb. de oblig. & aet. n. 5. refellenti Rebhanum, non distinguentem inter obligationem naturalem ex natura animali, & eam quæ ex natura humana est. Adscribit itaque aliquam bestiis obligationem, et si eam iis deneget, quam ad actus justi habilitatem supra pertinere diximus, quatenus ea est actus imperatus voluntatis & intellectus, qui in bruta non cadit. Nec illud igitur Seldenno concederim, aut adstipulanti Grotio de J. B. & P. l. 2. c. 21. n. II. quod, quoniam in bestias proprie delictum non cadit, ubi bestia occiditur, ut lege Mosis ob concubitum cum homine, non ea vere pæna sit, sed usus dominii in bestiam. Superius quidem assensi Grotio, jus occidendi bruta non ex jure naturali sed præter illud ex speciali Numinis donatione derivandum esse, sed tamen id ad eum restrinxí intellectum, homines bruta ad conservationem vitæ sine ulla juris naturalis offensione occidere posse. Secus omnino, si illius dubii habenda ratiō, an bruta delinquere, & sic pænæ subjici queant. Hoc enim contra Seldennum & Grotium expressè evincit actio de pauperie, qua animal, quod noxiā commisit, aut noxæ dedendum, aut æstimatio noxiæ offerenda. Quid autem est noxia? Petat quærens Ulpiani informationem in l. I. c. I. n. si quadrup. paup. fec. dic. non aliam exspectatus decisionem, quam quod noxia ipsum sit delictum. Unica igitur causa illius actionis afferenda omnino delictum animalis nocentis, nec quid aliud hic in considerationem trahendum. Quid enim si alia quadrupes al-

am

am concitaverit, ut damnum daret, cur illius tantum, quæ concitavit, nomine agendum juxta l. i. §. 6. π. d. t.? Non in alia certe re quæritandum hujus decisionis fundamentum, quam quod eadem in brutis, quæ hominibus juris observeatur ratio, id nempe subjectum, quod delicti aut damni præbuit occasionem ipsum dedisse damnum censerī, l. 30. §. 3. & l. 52. §. 1. & 2. π. ad l. Aquil. & l. 169. π. de R. f. Cur cessat illa **actio**, quando vel culpa Domini intervenerit, vel alterius instigatu damnum dederit l. i. §. 4. & 6. π. si quadrup. pauper fec. dic quam quod eo casu culpa aut delictum animali haud imputari queat? Cur locus denegatur huic actio- ni, si quadrupes ex naturali & toti speciei communi feritate damnum dederit, juxta pr. Inst. si quadrup. paup.? Non sane ex alia ratione, quam quod eo casu nullum perpetravit delictum. Quivis potius præscire debet, cavendum sibi esse, & si incautus lædatur, sibi imputare habeat. Secus au- tem, si ex peculiari contracto yitio damnum aliquod de- derit, notitias illas, quas Deus cordibus illius generis ani- malium insculpsit, violando.

## §. XVI.

Obligari itaque bruta quodam juris naturalis vinculo necessitate vel ad observantiam eorum, quæ a notitiis inna- tis dictitantur, vel pænam violationi imminentem nullus non opinor. Facile enim Seldenianæ subscribo sententiae, ne cominisci aliquem posse, jure quem cohiberi & obstrin- gi (qua in re obligationum consistit substantia) citra pænam obligationi inservientein. At vero bruta non obtemperan- tia dictamini notitarum insculptarum, quod pænam haud promereantur, non immerito a Seldeniana discesserim opi- nione. Præmittens interim, delicta brutorum rarissime ho- minibus manifestari, aut ad notitiam eorum pervenire, hinc in vindicandis illis nec ullam judicii formam observari in aperto positum. Totalem autem pænæ inflictionem brutis delin-

delinquentibus remittendam esse vix asseruerim: quamvis istiusmodi delictorum cognitionem, jurisdictionem & executionem hominibus perpetuo haud tribuerim. Cum & ipsi intra naturæ difficilius se continentis limites cupiditatibus naturalibus non modo, sed artificialibus insuper obsequuntur, & actibus ad individuorum pariter ac specierum conservationem destinatis abutantur nimis. Nihilominus brutorum delicta, quibus ex peculiari quodam vito se contaminant, damnum hominibus inferendo, & societatem humanam conturbando, hominum animadversioni subjace nunquam non existimavi. Prædictam si ponderaverim de pauperie actionem, eam in simulum conceptam & rei persecutoriam esse, damni dati restitutionem intendentem deprehendo. Quæ tamen respectu illius, contra quem intentatur, ex maleficio prodit, non quidem Domini, quippe qui nullum commisit, & sic eo sensu ad nihil tenetur, sed pecudis. Id enim ex ipsa re seu damno dato, & ex facto obligatum, affectum, nec damnum, quod dedit, ob incapacitatem suam, resarcire, neque id deditio sua, alterius subiectum dominio, rependere queat. Noxales partili ratione actiones contra Dominum ob delictum servi moveri notum vel juris Tyronibus. Eumque ad restitutionem damni dati teneri, non quidem ratione sui, sed quod servi incapacitas, pertracta ad partes tam utilitate, quam damno in Dominum redundante devolvat in hunc obligationem ad restituendum. Quis autem eum non delinquere, sive nec ad pænam obligari unquam assenseret auderet? Cur enim obligatio ex delicto semel contracta inhæreret servo & eum, quocunque eat, ad quemcunque Dominum concomitaretur? Cur servus manumissus actione ordinaria ex delicto tenteretur, secundum l. 15. n. de condit. furt. nisi ipsum delinquisse in confessu esset?

## §. XVII.

Neque tamen meum extorquebit unquam assensum  
D

sum Seldenus eo, quod ipsi manifestum videtur, animal quod pauperiem fecerat, non omnino in sui pœnam, perinde ac si jus aliquod violasset, sed in estimationem noxie ac compensationem damni illati, ac inde domini alias rei liberationem, dedendum. Id enim si causa hujus actionis solitaria afferendum, ea dubio procul etiam contra eum competitura Dominum, cuius animal ex genitali & communi toti speciei feritate damnum intulisse probetur. Cum & ea ratione damnum revera & naturaliter illatum, quod deditio ipiusmet animalis, Seldenianæ si subscribendum sententiæ, repensandum, aut si eo carere nolit Dominus, estimationis præstatione redimendum. Et certe culpa animalis, quod illa quasi obnoxium, si haud ponderanda, adversus Dominum, in cuius potestate erat animal, cum damnum dedit, & non eum, qui post pauperiem factam id possidet, actio esset intentanda, contra l. i. §. 12. π. si quadrup. paup. Cum sic damni repaymentem ab illo potius quam hoc faciendam dixerim, quod animal ipsum nullam promeruerit pœnam, sed damni illati tantum restitutio facienda ab eo, qui tunc temporis ut utilitatem, sic & damnum percipere debuit. Constanter itaque afferuerim, pecus damnum inferendo delinquere, & delinquendo pœnam promereri, quam Dominus pro animali, quod nihil habet proprii, resarcire, si illo carere nolit, tenetur. Et quid quæso ipsa noxæ deditio aliud in recessu habet, quam quod Dominus pro animali damnum dante pecuniariam solvat pœnam, cum id alias corpore & cute luere debuisset pœnam, impotens satis, alio modo ut satisfaciat, cum nihil habeat, nec aliis pro eo culpam redimere sit obligatus. Neque eo quempiam errore occupari posse opinor, proprio si nocuerit Domino animal, id propterea immune a delicto & pœna censi. Etsi enim actionem de pauperie eo casu cessare facile concederim, pro libitu tamen & modo debito quo minus id punire queat Dominus, non video quod obstet. Cessat & actio noxalis, si servus proprio damnum dederit Domino, in servum tamen hunc animadverte

tere posse, vel solus in Codice titulus de emendatione servorum demonstrat abunde.

## §. XVIII.

Corroborari insuper & firmari egregie potest præsens nostra sententia, qua bruta contra notitias insculptas agendo delinquere, & sic ad pænam obligari asserimus, ex pæna, qua occidendum olim bovem hominem occidentem, & pecu interficiendum, quod cum homine carnaliter commixtum, aliunde edocemur. Alia brutorum morti, quam promeruere, traditorum exempla lubens hic omitto, recensita numerose ab ipso Seldeno d. c. 5. laborante omni nisu, ut hunc quoque dubitanti de sua sententia scrupulum eximere queat. Ita tandem inquiens lib. 1. c. 4. *Neque enim ex culpæ merito id dictum est, seu ex jure a pecore violato, sed ex eo quod tam infamie ex hominis sceleris pecus redditum sit &c.* Simile dicendum de bove cornupeta, qui hominem occiderat. Lapidandus quidem erat. At non juris ab eo violati nomine, sed aut ideo, ne quid, hominis causa denuo ab eo parile fieret, aut Dominus in re sua puniretur, quia negligenter custodisset. Verum dicta includere magis, quam excludere pænam, quam delinquendo promeruere bruta opinor. Homo certe, si aliquo se obstrinxerit delicto & ob eum præter alios, finem debitam luit pænam, ne ipse vel scandalum aspectu suo præbeat, vel ignominia contracta ipsius nomini denuo recrudescat, aut impunitatem sperans eodem, vel parili iterum se commaculet criminis. Finem minus principalem non absorbere principalem quotusquisque nescit? Ipsemet Seldenus d. c. 4. p. 51. pænam duplicem assignat effectum vel satisfactionis, vel expiationis seu purgationis, pænas in genere sic dictas communem eam assumere naturam asserens, ut sint infligenda, non solum, ne porro peccetur, sed & quia antea peccatum est, pro malo actionis præterito irrogentur. Neque priori quicquam movebordubio, pecus non ex merito culpæ, sed quod tam infamie redditum ex hominis scelere, occidi. Non nescius interim *ca nonis*

nonis 4. XV. q. 1. citati a Seldeno, pecora tali flagitio contami-  
nata indignam facti refricare memoriam. Etsi enim dictam  
Seldeni sententiam de bestiis sola hominis nequitia ad delin-  
quendum adducetis, & sic quodammodo innocentibus conces-  
serim, inde tamen eas a delicto semper pænaque immunes haud  
judicare ausim. Et quale quæso de eo formandum casu judici-  
um, si animal delicto obnoxium a Domino criminis commis-  
si nescio in alium parili ratione ignarum transferatur: aut si  
id hominum omnium oculis subtrahatur, quo minus horro-  
rem his aspectu suo incutere possit, amputata simul omni oc-  
casione, denuo simili criminis se contaminandi? Dubio pro-  
cul Seldenianis si solum locus relinqueretur rationibus, non  
erunt occidenda illæ bestiæ; cum cessante ratione punitio-  
nis cessare debeat & ipsa punitio. Videtur a particulari ad u-  
niversale argumentatus Seldenus. Homo certe, si peccatum  
commiserit Sodomiticum, & ob eum plectendus finem, ne in-  
famia sua, qua sceleris patratione affectus horrorem sociis su-  
is excitet. Verum quis propter rea eum a delicto & pæna im-  
munem esse asserere velit? Aliter informati Imperatores ita  
rescribunt in l. 31 C. ad L. Jul. de adult. Cum vir nubit, in fœni-  
nam Viris porrecturam, quid cupiatur, ubi sexus perdidit locum? ubi  
scelus est id, quod non proficit scire? ubi Venus mutatur in alteram for-  
mam? ubi amor queritur nec videtur? jubemus insurgere teges, armad-  
ri jura gladio ultore, ut exquisitis penis subdantur infames, qui sunt,  
vel qui futuri sunt rei.

## §. XIX.

Neutquam tamen suam Selenum, ambiguitate in  
voce pæna quæfita curiose, defensurum ullatenus opinor sen-  
tentiam. Pæna nomine, inquit d. c. 4. p. 57. improprie in-  
terdum nuncupari qualiacunque sive hominibus, sive brutis damna  
ac incommoda inveniant sc̄. Et paulo post: quoniam non ex juris  
aliquius ad quod obligatur quisquam violatione eveniant, id circa  
pæna tantum abusive vocitamus. Etenim si propriam Seldeni  
pænæ

pænæ retinuerim acceptationem, quatenus est malum passionis pro malo actionis, seu quod redditur, ut malum insequens pænæ, pro eo quod est malum præteritum culpæ, nullus dubito quin præcedentia satis probaverint, eam & hic satis amplum sibi vendicaturam locum. Culpam enim a brutis contra notitias agentibus committi dictum abunde. Ad pænam igitur ea obligari, non una impræsentiarum propositum vice. Et ita etiam a summo juris naturæ Legislatore dispositum sine dubio videtur, ad debitum ut omnia nullus subiecti malitia obstante deducantur finem.

## §. XX.

Suam tandem ut contra sacratissimum Imperatorem ulterius defendere posset sententiam Seldenus, ad suæ suffragatorum opinionis confudit patrocinium. *Bolognetti, Mynsingeri, Connani, Donelli, Cajacii, Hottemanni, Grotii, Salmasii & aliorum adductus consortio.* Non infitior, & alios infinitos numero illam imbibisse & defensitasse hactenus sententiam. Sed eo recreatus solatio, non solam & unicam hanc controversiam esse, sed quamplurimi nostram scatere Jurisprudentialiam, quæ Doctorum hinc inde peperere dissensum, & veritatis amore commotus ab illis discessum feci. Et si authoritatibus totum hoc negotium esset discutiendum, hæsitarem merito, si non pluralitate consentientium, celebritate certe quis victoriam sit reportaturus. Propugnant constantissime nostram sententiam Icti toto orbe famigeratissimi *Rævardus, Forcatulus, Loriottus, Covarruvias, Lopez, Alber Gentilis, Maßertius, Hugo de Roy, Hillig. ad Donell. libr. 1. cap. 6. lit. G. L. Ungepanerus & Nobilissimi Viri; Domini Ludivel, Johan. Strauchius, Wilhelmus Leifers,* aliquie, quorum vel nomina adduxisse sufficeret, nisi rationibus magis pugnandum esset, nec inspiciendæ authoritates posthabitæ rationibus, quibus nituntur eadem.

## §. X X I.

Et hæc, quantum percipere hactenus licuit, primariae Seldeni sunt rationes, quibus nostram oppugnat sen-

D 3

tentia.

---

30 D I S S E R T A T I O J U R I D I C A

---

tentiam , si quæ fortassis non adductæ, ex adductis huc usque refelli queunt haud difficulter. Restat unicum, quod nostro obicem ponere videtur negotio , refutandum impræsentiarum paucis. Ex juridica juris derivatione nostram nonnulli premere conantur sententiam. Deducit Ulpianus in *l. i. pr. π.* de *J. & J.* vocem juris a justitia , cuius defectum in brutis & ipsius juris procreare parentiam argumentantur quidam. Cum enim constans & perpetua voluntas suum cuique tribuendi non reperiatur in brutis, hinc nec justitia ; deducta argumentatione à definitionis negatione ad definiti inficiationem. Verum , frequentes , in jure nostro quæ extant derivations ab excellentiori desumptas fucatum illud destructuras abunde opinor ratiocinium. Petita nempe illa denominatio à principaliori juris fine justitia , quatenus id innatum hominibus habitu infuso , & ita prius justitia humana, quæ demum acquiritur per habitum actuum virtuosorum legi consentaneorum. Et sic hoc respectu justitiam in bruta non cadere aperatum. Interim , quoniam principalior juris finis in homine quam in brutis spectatur , ab hujus defectu ad derivati argumentari velle negationem absolum esset. Accedit, quod illa juris deductio non inepta videatur , si ipsam jurisprudentiaz artem voce juris intellexisse JCtos dixerim. Jurisprudentia enim est de justitia materialiter , & hanc pro fine habet , a quo, quem sibi habent propositum & aliæ disciplinæ suam accepere appellationem. Nihil igitur obest illud à notatione logica ductum argumentum. Coronidis tamen loco & hic id notatum dignum judicarim , actus seu præcepta juris naturalis respectu ad subjectum operationis habito diversa esse. Communia partim homini cum brutis, propria partim soli homini, religionem scilicet erga DEUM, amorem patriæ & parentum. Unde manare ex hoc principio opinor, eos actus ratione receptionis & approbationis in *l. 2. π. de J. & J.* iuri gentium assignari. Sed ex horum diversitate actuum juris inferre diversitatem, esset ex diversitate operationis ipsam diversificare rei essentiam.

XXII.

## §. XXII.

Et has præcipuas rationes fore arbitramur, quibus contrariam propugnare plerosque deprehendimus sententiam. Iis igitur destructis vix firmam dissentientium opinioni superesse sedem existimamus. Optantes animitus nos hoc labore lividi cuiusdam Zoili haud promeruisse censuram. Sed voto hoc negotium, aut spe, fallacitatem absolvitur. Et collabitur hæc plerumque incineres, nec illis optatus constat eventus. Atvero fremat Zoilus & perfremat obtrectator, ipsa veritas nostrum est suscepura patrocinium. Non quidem nescius sum, speciosum ambitionis vinculum multos sub virtutis umbra tenere. Sed hujus impotentia nos nec ullus quidem convicturus, nisi a veritatis nos abstraxisset prius asylo. Singulari illius affectu adducti, & præceptorum informatione persuasi, præsenti nostrum addidimus calcum sententia. Ab æquo interim Lectore, culpam,  
si quæ commissa deprecando nos veniam  
facile impetraturos, speramus  
certissimi.

SOLI DEO GLORIA!



